



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Francisci Bonhomij virtus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

Vitæ Canisij fuit. Annos cōtinuos septemdecim  
 (totidem n. ex hoc anno super fuit) h̄esit Friburgi  
 procul à strepitu curarū publicarū in sanctæ obe-  
 dientiæ placido sinu, meditationeque, & imita-  
 tione vitæ cælestis ex Martha, vt cupiebat, Mag-  
 dalena factus. Quanquam nec ipse depositit vñ-  
 quam Christianæ rei tuendæ curam: & ex illo bo-  
 realium terrarū vertice cum lucubrations iden-  
 tidem emissæ, tum egressa sanctitatis fama longè  
 lateq; venerandam reddebat viri senectam, &  
 publice salutarem. Adeūdi Friburgi causa ea fuit,  
 Ioannes Franciscus Bonhomius Vercellensis An-  
 tistes singulari pietatē vir, studioq; religionis fla-  
 grans in paucis (sancti Caroli Borromæi familia-  
 rem agnoscere) dum Nuntius Pontificius mūta  
 obit Germaniæ loca, & Heluetios præcipua visit  
 cura, religionem Friburgi animaduertit in vlti-  
 mum venisse discrimen, circumfessam vndique  
 & oppugnatam ab Hæreticis maxime Caluinia-  
 nis. Dumque circumspicit remedia præsentibus,  
 præsidia imminentibus malis, opportunius nul-  
 lum, quam Collegium de Societate ratus, id pri-  
 mo quoq; tempore inducendum tam enixe sus-  
 cepit, vt Pontifex studio eius tanto permotus, sus-  
 cipi

*Francisci Bon-  
homij virtus.*

cipi extemplo rem ab Societate pro imperio iusserit. Quam agi rem simul emanauit in vulgus Friburgi, ac celeriter fama ad proximos quoque Hæreticos distulit, tū qui in Ciuitate clanculum fouebant nouas superstitiones, tum quidam per caluninias, & obtrectationes fraudulenter induciti, tum Hæretici confines reclamare, obluctari, lapidē mouere omnem, omnia obmoliri, ne Iesuitis nobilem in eam Rempublicā receptus daretur. Perstrepun ergo cūcta sermonibus aduersus nos teterrimis. Quæ vñquam, quæ vsquam maligne excogitata, doloseq; edita calumniarū, & probrorum portenta fuerant, excitantur, asperiantur, protrahuntur in medium, & alia prognuntur de nouo. Deniq; impigre Satan, eiusque satellites pro suo dimicant Regno, haud quaquā dissimulantes, quam nostrum accessum opibus suis commodum parum ducerent. Igitur ad hæc amolienda impedimenta, vtq; sedatis cum senatus, tum populi animis iter sequituris mox sociis molliter sternetur, opportuna visa est autoritas, sanctitasq; Canisij: cuius tamen ætas sexagenaria, & attrita laboribus videbatur requirere potius in frequenti quopiam socrorum conuentu

q 2

requie-

*Calumnias  
ceteratis apud  
Friburgensem.*